



I. N. J.

PRÆFAMEN.



Utm nervi atqve artus sint sapien-
tiæ non temere credere, merito
miramur, qvi fiat, qvod hoc scri-
pturiente seculo, qvibuslibet as-
sertis, qvæ de Hebræorum rebus
circumferuntur, sine ulla inda-
gine credatur. Nam inter eos, qvi Hebræis operan-
tur literis, oppido multum est discriminis, cum nec
pari ad institutum ingenio accedant omnes, nec pa-
rem omnes, qvæ reqvirebatur, conferant industri-
am, nec discendi ad miniculis idoneis universi gau-
deant. Sed in pulcherrima contentione industriæ,
aliqui in primis, aliqui in secundis vel tertiis, prout
temporis vel operæ ferebat ratio, subsistere cogan-
tur. Ut autem constet discendi avidæ juventuti A-
cademicæ, qvinam Hebræas res illustrare imaginibus
aggressi sint, eam sibi operam sumpserunt, *præter*
Joh. Baptistam Vilalpandum Romæ in fol. excu-

A 2

sum